


BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

FACULTÉ  
DE  
THÉOLOGIE  
DE PARIS  
THÈSES

BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
M.S.  
692



BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
MS.  
692





Volume de 409 feuillets  
(moins 25, 26 et 346)  
20 Juin 1912











366 347

+

De Existentiâ S. Hierarchiæ Ecclesiasticæ  
Disputatio Theologica

---

M. Houllaye

Aut.

848

+

Disputatio Theologica  
De Virtute et Hierarchia Sacerdotum

Mr. H. H. H.  
1848

Laii Diuionis subati Sini, Diaconi  
 Presbytero, Presbytero Episcopo, Episcopus Xto  
 Sicut et ipse Patre.

Signat. Epist. ad Inuyr.

De existentia s. hierarchia

Christum in mundum veniens ut homines in tenebris  
 sedentes, revocaret ad Deum et strictiori fidei et Charitatis  
 vinculo inter se et cum Deo unitate devineret non in  
 libellam excogitavit societatem, sicut quidam somniant,  
 tenebras magis quam lucem termites amantes, haeretici,  
 sed quasi civitatem supra montem positam quae abscondi nequit  
 quasi lucernam non sub modio collocatam sed super candela  
 labrum ut radiis suis gentes illustrentur et ardeant, Ecclesiam instituit,  
 statimque quosdam sua potestatis vicarios elegit, electos con-  
 gregavit, congregatos suam auctoritate iustitiam. Hinc po-  
 testas in Ecclesia, sicut in omni societate perfecta, non modo  
 primas, sed fere omnes partes tenet, ita ut, sano capite,  
 totum corpus viget, aegrotanti vel mortuo totum corpus  
 aegrotat et brevi intereat.

Proo hujus potestatis, quae a S. S. Hierarchia  
 nominata est existentiam adstruere conabimur. Ex parte  
 erit hoc dissertatio. Primum dicemus quid intelligendum

2.  
pro per vocem hierarchiam; Deinde hujusce hierarchiæ  
existentiam in tuto ponemus; et Deum quædam pro-  
ficientia, tanquam ex fonte suo, corollaria, non evolveret sed  
per transcursum delibare <sup>necessum</sup> ~~necessum~~ habebimus.

I

Hierarchia, juxta Vossii Etymologiam hujusce Vocis  
idem sonat ac. sepa. app. 17 id est. Sacer principatus, quo in sensu  
a D. Dionysio, multoties in Libris de Hierarchia cum celestis  
tam Celestis usque, apud ceteros patres et Doctores  
Scholasticos perpetuo adhibetur.

Hierarchia autem ut Strictius definitur nihil aliud est  
juxta Dionysium, D. Bonaventuram, Ricardum a Scto Victore  
alioque quam "rerum sacrarum et actionabilium ordinata  
potestas debitum in subditos retinens principatum," de qua  
definitione observare juvat illa non modo hierarchiam  
personarum, Verum etiam actionum, quia ipsam ce-  
lestem hierarchiam comprehendit. Nos vero soli Ecclesiasticæ  
et quidem personarum Hierarchiæ attendentes, cum eruditis-  
simo Doctore Sorbonico, dein catalanensi Episcopo J. Haller  
Hierarchiam definimus "hominum sacrarum ordinatam  
potestatem, debitam in subditos retinentem principatum."

Dicitur, 1<sup>o</sup>. Potestas. nullus enim  
principatus sine potestate et agendi auctoritate. Duo  
igitur isto nomine potestatis includuntur, ordo factus qui  
potestas quædam est ad actiones ordinaris et jurisdictio, quæ est  
potestas actus quorundam legitimus in sibi subditos faciendi  
et agendi.

2<sup>o</sup> Potestas Sacrorum hominum eorum scilicet qui in  
alios eoque ut totus recundit Dionysius, Sanguinas, illustrandos,  
perficiendus, in quibus potestas sacra consistit, ordinati sunt  
ac consecrati.

(a) ad Rom XIII  
(b) Cant IV. 3. 9.  
(c) Coel. hier c XIII.

3<sup>o</sup> Potestas Ordinata quae etiam a Deo sunt,  
ordinata sunt, ait apert. <sup>(a)</sup> hinc Ecclesia vocatur Constitutiva  
acis ordinata <sup>(b)</sup> hinc Dionysius hierarchiam omnem  
επαρ ταξι — seu sacrum ordinem vocat.

(d) Coel. hier c V.  
Ep. in Cv. Ep. ad Eph.

Iste autem ordo consistit ut iterum ex S. S. collegit  
2. Holles. 1. in auctoritate superiorum circa inferiores. 2.  
in eo quod tota virtus inferiorum hierarchiarum in superiori  
contineatur et non e converso, ut viderem apud Dionys.  
unde Ambrosius in Episcopo dicit omnes ordines esse quia  
primus sacerdos est. 3. in eo quod Volitum sit Superiorem  
ordinem cuiquam aliquid aggredi, in quo constitutiones  
apostolica. lib 3. c. 2. Ecclesiasticum ~~con~~ ordinem  
Collocant. 4. quod inferiores in superiores omnem actionem  
hierarchiam referre debeant et per superiores superiores  
aper dicantur tanquam per ministros suos. 5. Quod  
membra omnia consentie debeant nec alium aliud con-

(d) Coel. hier c XIII. IV. apud nos  
non solum dum per ministros suos  
den sacerdos, expiat illuminat  
re ipsemet expiare et illuminare  
dicitur. quod illi ordines quos  
consecras, sacrosanctas suas  
in ipsum referant actiones.

6. Quod unum quod que hierarchie membrum  
suo loco stare, ne unquam alterius officia usurpare debeat.  
7. Quod divina gratia, motiones, illustrationes, virtus que  
omnis operandi divina a Deo ad supremum hierarchiam  
eoque mediante ad superiores ordines, ab his ad medios, a mediis  
ad inferiores transferantur. in quidem Divinitatis hic est

A

sanctissimus, ait idem Dionysius, pro proina, secunda de Eccl. hier c. v.  
et inferiora ad divinissimam lucem suam deducere. "

4<sup>o</sup> in Definitione dicitur "Debitum in subditos  
retentionis principatum. Quibus duo significantur. 1<sup>o</sup> hierar-  
chiam omnium subdito habere in quos exerceatur. 2<sup>o</sup> Debitum  
inter eos ordinem observari oportere, nec indubitam potes-  
tatem quemque usurpare debere

Quae definitio ordinem commotum ac conservationem  
eorum, quos suo ambitu complectitur, item eorum jurisdic-  
tionem, Solitudinis ordinatae nomine debitoque in subditos  
principatus significantur, Charismata tandem quae ad  
actus Hierarchicos facultatem ipsi tribuunt, auctoritatem  
non ita.

De Definitione de eo ipso de natura hierarchie  
Ecclesiarum hoc sufficiens, nunc ad hujus existentiam,  
quod est praecipuum hujus et disputationis scopus, stabili-  
dam deveniamus, Deo juvante.

11.

Thesis. — In Ecclesia Catholica existit hier-  
rarchia Divina ordinatione instituta quae constat  
ex Episcopis, Presbyteris et Ministris.

Similiter tenenda est propositio quae est de fide,  
probatum Scrip. sacra, Auctoritate scripturam, et ratione  
Theolog: innuitur. Sano tamen est propositio nostra.

Prob. imm. 4. 1<sup>o</sup> Sude fide. Ita enim definita Luc XXIII. Cant. VI  
sacro sancto Synodus Tridentina, Si quis dixerit in Ecclesia

Catholica non esse hierarchiam divina Ordinatione institutam  
quae constat ex Episcopis, Sacerdotibus et ministris a catholica S. S.

Quid vero per ministros intelligat sacrosancta Synodus officium  
talem nullam. Vel leviter ~~inspicere~~ inspicenti parum potest, non  
enim dubium est quid per ministros quos ibi Episcopis et Sac-  
erdotibus conjungit, Diaconos saltem intelligat quos Dionysius  
non nunquam  $\lambda\epsilon\iota\tau\omega\rho\gamma\omega\iota$  seu ministros aliquando  $\lambda\epsilon\iota\tau\omega\rho\upsilon\sigma\iota$   
vel  $\epsilon\kappa\alpha\rho\iota\tau\omega\iota$  Selectos ministros vocat. Ministrorum potius  
quam Diaconorum nomen usurpavit in suo decreto S. Synodus  
nunquid pro Diaconis rem indefinitam relinquere intenderes.  
Si qui enim ex ministris Ecclesia hierarchiae inseri debent,  
inspiratione qui inter ministros sunt potissimi, idem Diaconi,  
sed quia Tridentini Patres, juxta datam sibi de eodem sapientiam  
divinam, noluerunt questionem apud Catholicos doctores  
sat obscuram, scilicet: Utrum Diaconatus inferiores  
dicendi sint hierarchici.

Unde conclusio Hallii tres ordines Episcoporum Sacer-  
dotum et Diaconorum hierarchicos esse, salva et incolumi  
fide negari non potest.

Prob. insuper definitionibus Ecclesiasticis inter quas  
afferri sufficiat canones apostolicos qui, licet collecti sint, ex-  
eunte secundo saeculo aut tertio inveniunt antiquiora tamen  
comprehendunt statuta. Quam plura solum in Canonibus  
ordinis Episcoporum, Sacerdotum et Diaconorum distinguunt  
can. III. IV. V. et. Sacerdotibus et Diaconis interdicitur ne  
videantur in Saracenicam aliam emigrare absque permissu

Episcope permissio, illos suspendant. Can. XXIV. si proprio  
Episcopo facto altare exierint contra altare, eorum  
Presbyteros et Diaconos jubent. Can. XXXIV. cuncta adminis-  
trare juxta Episcopi nutum et auctoritatem. Ex quibus tum  
distinctio, tum subordinatio, tum numerus et Divina  
institutio hinc non modo inveniuntur, sed  
vere ac proprie probantur.

II. Prob. Script. Sacra

Hec apost. ad Titum I. 5 scribit „Reliqui te cretae  
ut ex quo desint conigus et constitutiones per singulas civitates  
Presbyteros sicut et ego constitui tibi.“ In his verbis probare  
non intendimus sicut Liebermanni. <sup>(a)</sup> et alii praemisissent  
ordinis et jurisdictionis titi ac provinciae cuius liber Episcopi  
in presbyteros, cum ex contextu et interpretatione communi  
sacram, ut notat Estius, hic per presbyteros probabiliter  
Episcopi singulae civitati praeposituri intelligi debent.  
Sed ex dictis d. Pauli saltem probatur Episcopum fuisse,  
aliosque quos constituat Episcopos veros hierarchicos  
esse, auctoritate cum ordinis, tum jurisdictionis, jure  
Divino, in subjectam sibi plebem retinentes. Cur aliter  
sermonem inires de dotibus Episcopi, de doctrina quae  
necessaria esset ut potens sit exhortari in doctrina sana  
et eos qui contradicunt, arguere, cur tanto more cito  
commendare et cretenses inregare dures. Cur his  
multis inobedientibus loqueretur nisi obedire te-  
nerentur. Cur hae heretici hominis una et secunda

Ca. Theol. Dog. lib. 2. li. C. 1.  
page 312.

conceptio, postquam quoddam ~~ex~~ communicatio crisi  
 in hoc loco Episcopo emerit magna et apostolica auctoritas?  
 nunc vero praemunitiam Presbyterum supra plebem et eorum ergo Episcopi  
 subordinationem his verbis 1. ad Tim. C. 19 adhaerens apostolos? adversus  
Presbyterum accusationem non recipere nisi sub duobus aut tribus testibus  
 Ego Timotheum quamvis Episcopum nemo ignorat, Presbyterum erat  
 auctoritas et iudex quod non nisi ex jure Divino originem potest.

Non me quidem lateo quoddam inter se hunc locum de sermoibus intelligi  
 v. g. apud grecos, Chrysostomum<sup>a)</sup> et Sordatum, de non apostos, Theophyl  
 Sordatum, Occumomque, apud Latinos Cyprianum qui latine legi  
 majorem nati. b) cujus fatendum est verba in presenti controversia parum  
 interesse ut quae velut ex quodam concordantia dependantur, sed in  
 omnibus deseruntur, ~~et quae~~ qui hunc locum exponunt de eo qui,  
 ordinatione seu dignitate Presbyter est; quam interpretationem ca-  
 ptoletus totius sermonis Apostolica contextus.

In Ep. 1. ad Tim. Paulus scribitis qui bene praesunt Presbyteri duplici  
honore digni habeantur, quae quidem etiam de Episcopis intelligenda sunt,  
 sed statim subjungit maxime qui laborant in verbo et doctrina. unde  
 Titus officinas, etiam Apostolorum tempore fuisse quoddam Presbyteros qui  
 et bene praesentent et duplici honore digni erunt, nec tamen laborant in verbo  
 et doctrina.

Sed factos, de Presbyteris proprie dictis non longos habuisse sermones aposto-  
 lum: de quo si lentio plurimas, solita virginitate perspicuitate rationis affect  
 doctor fundatissimus. Cum quia quae de Episcopis dicebas, servato ordine,  
 Presbyteros attingebat, tenet quia sub nomine Episcopi etiam Presbyteros  
 comprehendat. Tenet quia tunc temporis civitates non multo distabant  
 repletas, dicit Episcopum quam Presbyteros praeponebat. (1).

(1) Alium tantum affect eruditissimus Laur. Berti - eadem Epist. C. 19. a postolus

a) hom. xv. h. Ep.  
 b) lib. III. Tertim. ad quinz. ad vifun  
 judaeos c. lxxvi.

C. V. 17.

1. Ep. ad Tim. C. III. 8.

Quod Diaconos, de quibus post Episcopos, & Presbyteros, ommissis, sermonem  
 apud Paulum habet in 1. ad Cor. 3. quos etiam nominat cum Episcopis in  
 Ep. ad Philip. 1. Illos esse inferiores Episcopis et Presbyteris, prope autem  
 superiores ut qui sui hierarchii probatur tum ex locis D. Pauli supra  
 memoratis, tum ex iis quae legimus in actis apost. Apostoli enim vo-  
 luerunt in diaconos eligantur Viri pleni Spiritu Sancto et sapientia,  
 quod certe majus aliquid quam mensurarum ministerium indicat.  
 2º Electi ab apostolis in aqua baptizantur per manus impositionem  
 et orationem N. C. Quod fieri solet in ordinatione sacerdotum. 3º Stephanus  
 et Philippus qui ambo ex septem Diaconis erant, sacra munera obant  
 statim post suam ordinationem, Stephanus Evangelium predicavit.

C. Libermann Tr. p. 309  
 C. VI.

Timotheus hoc consilium praebet. seminem ne inraparis sed obsecra ut datem : quem locum  
 L. Epiph. hor. l. XXV. n. 6. ita urget ad verum. Verum? quid attendas Episcopos Vitare in Presbyterum  
 abjungere nisi majorem supra presbyterum habere auctoritatem? Sed, salva reverentia  
 tanto viro ac Epiphano, a quolibet persolvenda. illud ad rem parum facit, nam  
 ut egregie notavit Linius in h. locum  $\pi\rho\epsilon\beta\epsilon\ \epsilon\upsilon\sigma\epsilon\pi\omicron\upsilon\varsigma$  intelligit Apostolus Aetate  
 non gradu, quem admodum patet ex iis quae sequuntur. Aetates enim hae  
 distinguuntur in utroque sexu, et Corn. a lapide nominat de inrapationibus quae  
 Senes affligere possunt haec intelligens, satis superque sententiam de qua loquitur,  
 Sicut docto consulat. Micos equidem Selvaggius, locum Epiphani, ne nemo  
 quidem verbo interjecto esse et in hanc sententiam doctin. Tertii tam facile  
 descendere. hunc tamen difficultas non parit. Chrysostom. enim inducit qui  
 h. XIII h. locum exponit non de dignitate sed de aetate Senili. et ut nihilominus  
 cum dignitate confundimus!

ant. Christ. Inst. lib. 1. pag. 1º  
 C. XII.

act. IV. 8.  
act. VIII. 5. 35.

cum tanta vi Spiritus & gratia in nullo futurorum poterit resistere  
& Philippus evangelizans de regno Dei ascendentes baptizavit.

Et in omnibus Scripturae & locis quae subtiliter discutunt non  
sunt hujusmodi Theses limites, ut quae ab interpretatione et  
testimoniis S. Patrum infra citandis separari nequeant,  
Ad enim sensus Scripturae legitime interpretes, rursus adstrictus  
positio nostra.

III. Prob. Traditione sive ex testim. Patrum sive  
ex nominibus loco et munus diversorum S. hierarch. ordinum.

A. Testim. Patrum.

Constitutionum Apostolicarum auctor, qui Clemens Primitus, Spiritus  
Ecclesiam suam comparat " sicut Dominus sit omnipotens Deus,  
gubernator vero Christus. Cum deinde prout officium Episcopi  
impleat, Presbyteri manentem, Diaconi dispensatorum locum  
tenent " Ep. Spiritus 3 " Audiri Episcopum attentius oportet  
" ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem veterum  
Presbyteris inquirere; a Diaconis vero monita discipline "

Non certe facilius sed longum nimis foret hic ex scribere  
quae de Ignatio Antiocheno de re tanti momenti habet huc  
sufficiens auctoritas, ut ita dicam, Verba ad Gallianum Episcopo  
" Episcopo subiecti estote veluti Domino, ipse enim vigilat pro  
" animabus vestris quasi rationem ad deturus... sed et Presbyteri  
" subiecti estote ac Christi apostolis, qui Spiritus vestrum est. hoc autem  
" quanto vicinius in eo vivimus. oportet et Diaconis mysterium  
" Christi minister per omnia placere. nec enim cibum et potum

11 XXX 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50

ministris sunt, sed locum Dei administratores, ipsi itaque sales  
sunt, ut vos reverentini illos ut <sup>Christi</sup> Jesum, cujus N. caris sunt,

11.º Saeculo Clemens. Alexand. lib VI. Strom. ita se habet  
" in Ecclesia proprios Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum,  
sunt ut arbitri, imitationis gloriae angelice, illius Oeconomiae,  
" ac dispensationis." Tertullianus de fuga in persequente C. 2. No. 7.  
" inquit, sentire et parere omnem servum Dei oportet ubi  
" quovis loci, ut majoris fieri possit. Si quidem gradum ex perseu-  
" tionis tolerantia ascenderit: sed cum ipsi auctores, id est, qui  
" Diaconi, Presbyteri et Episcopi fugiant, quomodo Laicus tutetur  
" poterit, quo ratione dictum fugite de civitate in civitatem;  
" ita quod cum duces fugimus, qui de persequente numero sustinebit  
" ad gradum in acie fugiendum suadet."

111.º Saeculo, quae de Hierarchiae in suis Epistolis  
scripsit Cyprianus, hic referre in finitum ones, inter multa  
parva seligamus. Ep. VI. de Conferentibus queritur eos " nec a  
" Presbyteris, nec a Diaconis recipere." Ep. X. de Martyribus in  
" officio <sup>per</sup> Presbyteros et Diaconos continendis scribit " quando etiam  
" si martyres pro labore gloriae scripturam nimis contemplantur  
" contra Legem Domini plus aliquid loquuntur, a Presbyteris et  
" Diaconis suggerentibus admoneri deberent, sicut Scribae  
" in praeteritum factum est."

" Omnes Episcopi, Presbyteri atque Diaconi erudiant nos  
" et erudientes adhibent correptionem et severius reprehendant"

Cui origenes, qui has severas correptiones ex experientia didicisset, Thom. 1. m. 8. s. XXXVII.  
" neque si silentio perueniret a jurisdictione concilii Antiochenis adveniret"

(a) Lib. VII. CXXIV.

Paulum Samosatenum, et Eusebium et Dionysio et Maximo  
et omnibus ubique in orbe terrarum in administratione collegis  
Episcopis, Presbyteris, Diaconis et universae catholicae sub eorum ecclesiae.

IV. Saeculo. conc. Antioch. C. V. phobem sub praepositura Pres-  
byteri vel Diaconi collegi clarissime ostendit dum seorsim ab  
Episcopo colligentes punit. "Siquis Presbyter vel Diaconus, contempto  
suo Episcopo, se ipsum ab ecclesia sequestravit et seorsim colligens  
altare constituit et communicanti Episcopo non acquievit" ut  
brevitati consulamus, Basilium, Ephrum, Iohannesque praeter  
mittentes, unum appellimus optatum milvitanum. Lib. 1.

contra Samaritanorum sic se habentem. "Quid communicorum  
Laicos, qui tunc in Ecclesia multi fuerunt, nulla dignitate  
suffulti? Quid ministros plurimos? Quid Diaconos, in 3o.  
Quid Presbyteros in 2o. Sacerdotio constitutos? Ipsi apices et  
principes omnium Episcopi." Lib. 2. "Lente membra sua  
habet Ecclesia Episcopos, Presbyteros, Diaconos, ministros verbarum sicut olim."

V. Saeculo. Hieronymus lib III comm in C. V. Michaeae  
"principes domus Jacob, cum et reliqui de domo Israel (sive etiam  
in Hebraeo scriptum est, Judices Domus Israel) non sunt alii nisi  
Episcopi, Presbyteri et Diaconi" et liber 1. adversus Iovinianum  
CXIX. "Episcopus inquit, et Presbyter et Diaconus non sunt  
meritorum nomina sed officiorum."

Et Aug. Ep CXLVIII. ad Valerium "ante omnia inquit  
"pote est cogitare, religiosa prudentia nihil esse in hac vita et  
"maxime hoc tempore facilius et laetius et hominibus accepta-  
"bilis Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi officio, si <sup>perfunctorie</sup> ~~perfunctorie~~ atque

adulatorie resagatur: sed nihil apud Deum miserius, tristius et  
damnabilius. Non nihil in hac vita et maxime hoc tempore  
difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi aut Presbyteri aut  
Sacerdotii officio, sed apud Deum nihil beatius si comodo  
suis titulis quo nosse Imperator Tribes.

Quae Chresim nostram certo adestimant.

B. En nominibus, docet & miris. Hic. S. S. testimonij quaedam ap.  
prijer. hant in ista. Dunsing in antiquis Ecclesiae ritibus de prompta  
testimonia. His itum eluet tui ordinis Hierarchy eue, id est,  
in institutione Divina octo, inter de distincto & subordinato.

I. De nominibus. In primo Hierarchy ordine Constituti Vales  
appellabantur Episcopi, 2m Grotes, id est, junta triplicem Voij  
Vim Etymologicam, ut notat Salvaggius, inspectores, administratores,  
Custodes. Unde S. August. "Episcopatus nomen est oneris, non  
honoris; graecum est enim atque inde dictum vocabulum quod  
ille qui praeficitur, cui quibus praeficitur superintendit, Curam  
Suscipiat eorum gregum."

antiq. Xtran. Just. Lib. 1. p. 1. c. XIII. § IV  
1. Civit. Dei. Lib XIX.

2. sub nomine Angelis etiam dignabantur ut patet in apoc  
Vs. Joan. c. 11. "non utique alia d. Langā, ait Eniditū. Berti  
suis propter Evangelium quod annuntiant hominibus & propter  
eminentiam Auctoritatis quae polleat. Angelos enim esse Dei  
nuntios Commemorant illorum vocabulum & inter Reges creatas,  
primigeni habeat locum, nuncium latet. hinc illud Augud. Ep. CLXII.  
"Divina Voce laudatur sub angeli nomine Praepositus  
Ecclesiae."

Th. Disc. Lib. XXXVI. C. XI

3. Principes populi dicuntur. Hier. Comm. in Is. XXXV  
ait "Principes populi, sed id est, Episcopi" & in illud Jeremiae  
IX, 17 - "Sanam Visitationem tuam pacem & praepositos

tuos iustitiam, seu secundum LXX "Dabo principes tuos in pace  
& Episcopos tuos in iustitia" hanc notam habet. "In quo scripturas  
sanctae admittenda majestas quod principes futuri Ecclesiae Episcopos  
nominavit." Ad haec nullum fecit ut ex Graecis antiquis scriptoribus  
qui Principum Ecclesiae nomine Episcopos non decoraverint &  
quidem ut a saeculi principibus distinguerentur.

4.º Quamvis etiam Presbyteri sacerdotio fungantur, Episcopi  
tamen sacerdotes autosomatici dicuntur, quia Episcopi inter  
sacerdotes praecipuo fulgent honore, nec tantum sacerdotes, sed  
summi sacerdotes, summi Pontifices, aliisque hujusmodi nomi-  
nibus "Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet, ait Theod.  
Dialog. contra Iudaeos & plures Episcopatum Summum sacerdotum

lib. VII. Ep. V.

nuncupat & Sidon. Apollin. de Ecclesia Nituricensi scribit  
Eam super summo viduatum Pontificis

II.º Presbyteri a voce Graeca Προβυτεροι seniores vocati sunt  
non tam respectu ad aetatem quam ad sapientiam & doctrinam.  
notandum tamen hujusmodi nomen primis saeculis Episcopis  
quoque commune fuisse. "Antiquitus, ait Chrysost., ipsi etiam  
Presbyteri vocabantur Episcopi, & Diaconi Christi, & Episcopi  
Presbyteri."

Dicit quoque consueverunt sacerdotes a laicis quae operantur  
quo nomine Episcopi quoque haud raro donati sunt. Quapropter  
ad Discrimen stabilendum, Episcopi summi sacerdotes, ut jam  
diximus, vel in summo aut in primo sacerdotii gradu constituti  
Presbyteri <sup>vel</sup> sacerdotes <sup>vel</sup> primos, vel secundi ordinis nunquam

dicta sunt, unde Hieronym. in Jerem. III. 13. d. Subyterij, ait "Sacerdotes,  
quoque ipsi, secundum in Ecclesiasticis ordine gradus." Eodem adjecto primi  
& secundi ordinis discrimine dicta etiam sunt Antistites tam Episcopi  
quam Subyteri. unde Sid. Apoll. de Mamerto Claudio, frat. lib. IV. Ep. 2  
Mamerti Episcopi Vicennensij Cant

Antistes fuit ordine in secundo,  
Episcopali  
Titulum fassa suam ~~Sacerdotum~~.

III. Quoad Diaconi nomen, licet teste Joanne Chrysostomo, aliquando  
fuerit commune, ita ut etiam Episcopus vocaretur Diaconus peculiari  
sensu, semper pro tertio Clericorum ordine usurpatum est, ut videtur  
est apud Iguat. Martyr. Tertullianum Ceteris testimoniis jam retulimus  
& Cyprianum Ep. LXV. ubi haec leguntur. "Diaconus post adven-  
tionem Domini in caelos apostolice sibi constituerunt, Episcopatus  
sui & Ecclesiae ministros."

Rome 1. ad Phil. c. 1.

Perinde a sacerdotibus Leviticis & ministrorum hominibus  
distinguebantur. unde cum Optato & Augustino nominis eo sensu  
Sacerdotium participare dicendi sunt quod Subyteri & Episcopi in  
sacro altaris ministerio proxime adsistant ac iis fungantur officii  
quae ad inferioris gradus sacerdotium, jus ipsi habere videntur  
ad rem haec S. Laurentii verba s. scriptum ad martyrum prope-  
rantem alloquentis "Quo sacerdos sancte, sine Diacono properas?  
Nunquam sine ministro sacrificium offerre consuevas."

Ca  
Ca  
Ita Hieronymus. - Auctor Quaed. veter.  
& novi Test. sub nomine Augustini q. XLVI.  
Hilar. Comm. in Ep. IV. Salvian. ad Ecler.  
Cath. lib. 2 & Concilia multa.

ap. S. Ambros. de Officiis lib. 1. c. 41.

Ex hisce diversis nominibus, licet aliquoties indiscriminatis  
pro alterutro ordine sumptis, quia legem nullatenus infirmat  
exceptio, concludere fas est Diaconi, Subyteri, Episcopi no-  
mina in Subyterij distinctionem subordinationem hierarchicamque

autoviscem arguere.

II. De loco diverso dixerit ss. hinc ordinibus in Eclesia  
constituto.

Ipsam nunc Archaeologiam pro parte appellamus ad eam  
dem conclusionem, ex solo templi inspectione Deveniemus.

Episcopis in Eclesia pro reliquis Presbyterorum sedibus semper emi-  
nentior quaedam & altior designabatur. Unde sedes Episcoporum Alex-  
andrinorum & Hierosolymitanorum Throni vocati sunt Apustolici.

ut refert Eusebius<sup>a</sup> & Nazianzenus. Quod ut probe intelligatur in  
memoriam revocanda sunt dispositiones locorum in Antiq. Basilicis

Omnes enim compertum habent, supremam sanctuarii partem  
dixtam fuisse apsidem & cauchulam Bernatis, eo quod Synaericam  
structuram exhiberet. In sacratione hae Bernatis parte Throni  
Episcopi & Presbyterorum ad utrumque lateri in semicirculi forma  
ultra altare semper fuerunt constituti, cum hae tamen discrimina  
quod sedes Presbyterorum Throni secundi dicti fuerint, eo quod  
subselliis Ordinisioribus constarent.

Per Vin secundij collocat me in sedibus  
Cavit Nazianzenus ut se Presbyterum creatum dicat. Hinc Constanti-  
nus in Ep. ad Christum Syracusanum Episcop. in qua hunc ad  
Arabatense Concilium invitavit, jubet duas secundi Throni, id est  
duas <sup>Presbyterorum</sup> ~~Episcoporum~~ sibi adungere. Ad rem omnino pro more, Augus-  
tini. "Deo altior locum prout ut Episcopis, ut ipsi superintendant  
& custodiant populum, nam & graecis quod dicitur Epistopus,  
hoc Latine superintensor interpretatur, quia superintendit, quia  
super videt. Quomodo enim vintori altior filii loci ad custodi-  
endam vineam, sic & Episcopis altior locum factus est."

a) Lib. VII. c. XIX. 32.  
b) Orat. XXI.

De quibus praeter doctay delvaggi iust.  
t. 3. p. 29. cf. Lenoir, Arch. monastiq.  
t. 1. p. 204 & seq. ubi non modo sedes  
sed etiam tabulic antiquiora quaeque  
Romae umbraeque monumenta  
proae oculis ponit.

Carmin. Tumb. XXIII. a. J. Vita sua

ap. Euseb. Lib. X. c. V.

in ss. mii Romiay custodierit  
circumscam.

1670 28  
Nazianzenum Cancellum item in Audie jurat.

Sede alta, haud alta comider mente videbar.

Nam neque per hominum, mente superbus eram.

Subdytenuque gravi, scellis utrinque deditant

Remissis, aetas levia, Duesque quies.

Vestibus in niveis at stabat turba ministra

Splendorem referens agminis aegyptici.

Stabant ergo Diaconi infra Subdytenu, non minus corpore quam

mente, sed supra populum, in choro juxta Cancellos. In ipsa Ecclesia

Romae, ubi manibus haereticis videtur fuisse Diaconi "Subdytenu

Sedent & stant Diaconi." ait Hier. in Ep. ad Euzium - si quandoque

Diaconi sedere inter Subdytenu non timebant, id oriebatur ex non

secunda superbia, & ut ait idem Sctus Doctor nomini absente

Episcopo, qui, praesens talem abusum neutiquam sustinisset.

Quapropter Conc. Carthag. IV. Can. XXXIX. non permitte Diaconum

sedere, nisi jubente Episcopo, item in Subdytenu non locute loqui,

nisi a Subdytenu interrogetur. Ex quibus Subdytenu inter & Diaconum

enatis Dissidii Diaconorum supra populum & infra Subdytenu

gradus bisarcticy, sicut supra Episcopi supra presbyterum pre-

eminentia in lucem profertur.

In Com. d. Templo Anant.

cf. Thomassin. Antiquum & novum  
disciplinam d. P. Ecclesiae t. 1. p. 1. lib. 1. c. 25

III. Unum rationes Theolog. appellerent oporteret. Sed, ni fallor, a testimoniis S. S. supra memoratis in eo tantum differunt quod, praestabilita Patrum, ut ita dicam, aetate, id unum attendatur, ratio scilicet qua triplicem in personis adstrunt hierarchiam huiusque naturam inter se uniantur. Sano, tum ex ipsa S. Trinitatis notione, licet in Fa, hierarchia stricte sumpta non invenitur, ut quae subjectionem connotet, personis Divinis respondentem — tum ex Angelorum hierarchiarum, hominumque operationibus — tum ex omnibus quibus incumbere debent ordinis hierarchici — tum in Ecclesia cum Synagoga comparatione ita struam ut quod adumbravit lex moysi, Aeterna lex impleat, ac provide legali sacerdotio sacerdotium spirituale iisdem gradibus iisdem institutum subrogare, arguunt S. Doctores.

Sano, haec ratio cinia quae sublimem D. S. Religionem conceptum includunt, quae S. Hierarchiae miram dignitatem conveniunt utramque stabilunt, Amorem in corde, in intellectu lucem infundunt, non probationis, ut aiunt, apodicticae, si pallere manifestum ut, nisi in quantum totius aetate antiquitatis, & unquam ut dicit, venerandae Traditionis in hac veritate stabilicunda consentum & sub diversis conceptibus unam fidem certis manifestant.

Unum Verum - In Ecclesia Catholica existens Hierarchiam Divinam ordinatione institutam quae constat ex Episcopis, Presbyteris & Ministris, est de fide, probatur S. S. Auctoritate Patrum & ratione Theol. immixtus - Ergo firmiter tenenda est haec nostris propositio

189  
III.

Ex Definitione Hierarchy quam supra attulimus. & quae nunc in tuto ponitur, probata & admittitur Thesi nostra, quaedam educenda sunt, non enim momenti Corollaria.

Et I.º Existit in Ecclesia discrimen quam maximum inter Clerum & laicum, ita ut laicis doceatur, sanctificetur, regatur ab Auctoritate sibi ex institutione Divina superiori & est de fide. Illud necessario deducitur ex Thesi nostra & in ipso Hierarchy conceptu includitur, quae ut potestas ordinis, jurisdictionis & charismatum subditos commotet. Unde si quando apud Ss. Ss. Vixit hierarchy usque ad laicos extenditur, id intelligendum non est, nisi de actibus hierarchy, ut in subiecto quodam exceptis, quo sensu etiam apud Dionysium in Hierarchy dicuntur qui purgantur, illuminantur, perficiuntur.

II. Hinc etiam patet, non, sicut quidam autem aut, duplicem dari Hierarchy, unam scilicet ordinis, jurisdictionis alteram, a functione non triplicem exercitari posse, sicut saeculo decimo-septimo Commianus quidam & Societ. Juri Cellostius, in suis De Hierarchy & Hierarchy 10 libris a Sacrae Judicii Congregatione actu carbone notatis. Hic enim totus est, ut probet triplicem distinctam esse Hierarchy Ecclesiasticam, supremam Charismatum, median ordinis, infernam Jurisdictionis. Hinc occurrit vis nimis evidens clariss. T. Hallier "unam inquit, Hierarchy Ecclesiasticam constituit oportere quae omnes habere debeat suae, ordinem scilicet, jurisdictionem & Charismata, nec sine Jurisdictione, sine imperandi auctoritate & obediendi necessitate (quod patet innotat Cellostius)

lib. 1. c. 1. p. 2

lam finge posse, vel ipsa nominis ipsius exparte demonstrat. Nam  
 si vni nominis expendimus Hierarchia ut supra dixi. Sacer Princi-  
 palis, principatum qui dicit Ecclesiasticum, principatum imperium  
 parentum subjectionem denotat: "Quod paulo post confirmat testi-  
 monio Dionysii dicentis "Quod hierarchia nostra Divinitus tradita  
 a Divinis Divinitusque efficientis sit scientiae & operationis &  
 consecrationis seu ordinationis." Quae descriptio praeis multa  
 comprehendit, tum scilicet Ecclesiasticae Hierarchiae dotis Essentia  
 seu Charismata Scientiae, Essentia seu operationem & efficaciam  
 ministerii Prae aliorum, seu jurisdictionem & Ordinationem, Consecra-  
tionem, Ordinationem, initiationem quibusdam caeremoniis  
 perficiendam.

Et cetera, simul admissa Cellotii fuisse Charismatum Hie-  
 rarchia, Religiosorum psalmodia, monachorum mortificationis  
 monialium preces, quin & S. Theologiae vel juris Canonici Disci-  
 plina actus erunt hierarchici, quam consequentiam non modo  
 minima respicit, sed etiam argumentis stabilire conatur Cellotius.  
 Sed cum actus hierarchici, ex sua natura, sine objecto, subditos  
 requirant, si ut idem contendit Cellotius, hierarchia existit solis  
 Charismatibus constant, si aliunde psalmodia, mortificationes,  
 preces, & actuum hierarchicorum formam induunt, quoscumque  
 non iidem Charismatibus insignitos, etiam ordine & jurisdictione  
 pallentes ad inferiorem hierarchiam detulere necessum erit.  
 Ergo solis monachis in Ecclesia incumbet auctoritas, rem non  
 admodum Cellotio injucundam! Ergo nullum datur Discrimen

inter Episcopum, Sacerdotem & Diaconum, quin nec inter Laicum &  
Clericum, cum quisque, ex Spiritu flante ubi Vult & Charismate  
pro sua bona voluntate, infundente, docere possit & regere. Ergo  
Sacerdos, eo quod justus non est, ut olim contundebat in hoc

Dammatus Wiclef, Sacerdotii munus impar existit? ergo Ecclesia  
Societas ut Axiopadae seu potius Societas non est & mit Ecclesia,

Quoad vero distinctionem in Hierarchiam ordinis & Juris-  
dictionis, haec notare sufficiat.

1º) Neminem in Hierarchia Ecclesiastica perfecte esse posse  
qui Sacramento ordinis initiatus non sit.

2º) Neminem in Hierarchia Ecclesiastica Collocari posse  
seu Sacerdotii principatus particeps existere, sine perfecte, sine imperfecte  
qui non aliquam, saltem imperfectam, jurisdictionem habeat.

Ad cuius elucidationem cum Doctus Hallier, animadver-  
tendum potestatis Jurisdictionis partem potissimam quae, v.g.  
in absolitione a peccatis & in ordinatione sacrorum ministro-  
rum consistit, in potestate ordinis fundari & ab ea separari  
non posse. Quod vero caeteras jurisdictionis partes spectat, sicut  
per auidum aliquando ab ordine separantur, violenta est se-  
paratio. & accidentaria, nec ex Divina institutione perpetua  
nec officia jurisdictionis qualiscumque in Ecclesia Dei ulli  
praeterquam sacro ordine initiatis debita sunt aut conne-  
turalia.

Item Jurisdictionis Ecclesiasticae particula aliqua est  
quae libet docendi & sacramenta administrandi, spiritualiumque

358<sup>do</sup>

gratiam ex officio publico, v. g. per oblatum sacrificium promerendi potestas... atque ideo licet omnino perfectam jurisdictionem nemo habeat, nisi quis coercere ac ligare & solvere possit, tamen imperfectam saltem habet cui pascere sacramentis doctrinaeque coelestis alimentis & Divini sacrificii gratiam concessum est, quod actus Dionysius purgationis, illuminationis & perfectionis nominibus expressit. atque ideo sequitur secundum sententiam Dionysii, neminem in Hierarchia nequidem imperfecte esse posse qui non imperfectam saltem jurisdictionem praeditus sit.

Quod si objicias imperfecte saltem videri eos in Hierarchia Ecclesiastica esse collocandos qui Diaconi, Sacerdotes, vel Episcopi sine plebis acceptatione ordinati fuerint, vel onere se plebi recedentes evaserint, solam retinentes ordinis dignitatem, qui tamen omni jurisdictione spoliantur, exponis in promptu est, nunquam quenuquam qui ordinatus fuerit Episcopus, Sacerdos, vel Diaconus, ita omni jurisdictione exui posse, quin aliquam saltem, prout Voluntariam jurisdictionem retineat, ab omni erectione sejunctam, nisi in gradum Laicorum deiciatur & a suo gradu ex Ecclesiae sententia deturbetur, quo in casu, licet characterem Ecclesiasticum per accidens quodammodo retineat, ordinis tamen aequae ac jurisdictionis functiones exercere non valet.

III. Ex Tunc modo statuta & definitione Hierarchiae mensario sequitur inter Diversos ordines subordinationem existere. Haec autem duplex est, una jure Divino, jure

22  
Ecclesiastica Altera.

Jure Divino Subjacent Diaconi, Episcopi, Subjacenti,  
& titulis, plebs Christiana, ut toties jam recitavimus. Jure autem Eccl.  
Hieratico, inter ipsos Episcopos, quaedam inducta est subordinatio:  
Hinc metropolitae, Archiepiscopi, Patriarchae; de quorum titulis,  
et antiquitate Dissendi locus non est.

IV. Ex his etiam sequitur, summum Pontificem Caput &  
Centrum unitatis totius Hierarchie, qui, jure Divino, pri-  
mam Jurisdictionis gaudet, & potestatis ordinis tantum attendatur,  
eandem cum Episcopo potestatem habere. Cum, ex Successione  
in Tronatu Petri, non novum Sacramentum aut usum ex-  
tensionem Sacramenti ordinis recipiat sed universalem in  
universa Ecclesia jurisdictionis potestatem.

---

*[Faint, illegible handwriting throughout the page]*

108

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*